

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6816

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Angers, Le Ronceray (abbaye, abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1159, avril

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Notice du jugement rendu par Henri II pour faire restituer aux religieuses du Roncerai les revenus du bourg de Seiches et de Mathefelon, dont Hubert « de Campania » s'était indûment emparé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXXXI, t. 1, p. 238-239.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod Hubertus de Campania omnes redditus burgi Cepie et decimam totius castellarie Matefelonis, videlicet de vendis, de pedagiis, de furnis, de molendinis, de omni via tam aque quam terre, sanctimonialibus Sancte Marie Caritatis vi abstulit diuque injuste tenuit. De qua violenta injuria sibi a prefato Huberto illata tandem coram Henrico, rege Anglie et comite Andegavorum, querimoniam deposuerunt. Qui earum querimoniam benigne suscipiens, utrisque terminum veniendi in curiam posuit. Auditis itaque utriusque partis rationibus in termino a[b] Henrico rege benignissimo imposito, scilicet die crastino Pasche, XIX^o kalendas maii, cum sanctimoniales decimam prefatam et villicationem burgi Cepie et quicquid supranominatus Hubertus in eo clamabat, scriptis suis et aliis pluribus rationibus, sua justa esse comprobando ostenderent, ipse Hubertus, recognoscens se contra eas prave egisse, simulque sanctimonialium juris esse, tam decimam castellarie, ut predictum est, quam villicationem burgi Cepie et quicquid in eo suum esse dicebat, in curia regis, ut id quod suum non erat, dimisit et sanctimonialibus quiete et absolute dereliquit.

Isti viderunt et audierunt: Robertus de Sableio, Raginaudus Rufus, Brientius de Martineio, Goslenus dapifer regis, Hugo de Cleiers, Fulco de Cleiers, Matheus de Baugeio, Chalo prefectus Andegavis, Goffridus de Ramo Forti, Goffridus de Bella Noa ; isti erant in curia. Ex parte autem Huberti: Philippus de Sauconeio, Pilans Vicinum, Gaufridus Rollant ; ex parte sanctimonialium: Horsandis abbatissa, Oitia sacrista, Rustica elemosinaria, Menardus canonicus, Tesso canonicus, Isembertus dapifer tunc temporis abbatisse, Christianus prepositus de Spinat, Gauterius de Redone, Radulfus, et plures alii.

Hoc factum est tempore quo rex Henricus Nannetas habuit et Toarcium cepit primo Pascha post (sic), anno ab incarnatione Domini M C L IX^o.